

H I S T. Z A R I N G O - B A D E N S I S. 165

Sexto Executores hujus testamenti & simul post mortem nostram tutores vel curatores omnium liberorum nostrorum delegimus Serenissimum Archiducem Albertum, Ducem Bavarizæ Maximilianum & Carolum, Comitem Zolleranum vel eorum Successores, omnes nostros dominos & Consanguineos, qui jam nobis rogantibus eò consensum præbuerunt, quibus adjungimus quoad tutelam & curatelam uxorem nostram, quamdiu vidua manserit & dignam se tutela gesserit; sicut etiam volumus, ut sub ejus materna cura liberi omnes nostri usque ad plenioræ ætatem educantur & omnium dictorum conscientias obtestamur, ut, quam possunt maxime & fidelissime liberos omnes nostros ad catholicam solam veram & salvificam fidem & ad omnem pietatem & virtutes principibus personis dignas institui diligentissime curent & provideant, ne unquam contraria religione inficiantur.

Reliqua omnia, quæ imperato obvenire possunt, dispositioni abavitæ & juri communi & quousque vivunt liberi nostri executoribus & curatoribus nostris relinquimus.

Sic est mens nostra, sic servari volumus, sic familiæ commodum censemus.

Ut vero minus sit dubitationis & animus noster reddatur securior, rogamus invictissimum Cæsarem, ut voluntatem nostram æquissimam, autoritate Cæsarea sua confirmet & valere omnibus modis jubeat, cui

X 3